

167

270.

# OBITUS & ABITUS

Hac Vita mortali ad immortalem

Suis heu! properus & amarus

V I R I

REVERENDI, HUMANISSIMI, atq; DOCTISSIMI

D O M I N I

# SAMUELIS HÆNIKERI

Pastoris in Tuttendorff hactenus  
fidelissimi,

In hanc lucem verò Fribergæ editi XXV. Decembr.

Anno C. M. D. C. XXXV.

Officio sacerdotali præpositi Mensæ  
Octobri Anno M DC. LXX.

Eisdem matrimonio conjuncti, Trium Filiorum Parentis,  
Duorum adhuc superstitem,

Cum Annum Ætatis XXXIX. dimidiâ ferè parte attigisset

Beatè defuncti XVI. Junii Anno M. DC. LXXIV.

Sepulchrali Epigrammate

Funerationis Die XXI. Junii Anni decurrentis  
cohonestatus  
ab

Universis Fribergensium Sacrorum

t. t. Mystis.

PAULO PHILIPPO ROERO, M. IMMANUEL Gerber / Concionat.  
ss. Theol. Lic. & Superintendente. matut. ad Petri.

M. CHRISTOPHORO Kranz / M. GEORGIO PAULO VVELLERO,  
Archidiacono. Concionat. matut. ad Nicolai.

M. MICHAEL MAUCKISIO, Ec- M. TOBIA Engel / Diacono ad  
clesiaste primario ad Nicolai. Jacobi.

M. MAURITIO STRIBELIO, Pa- M. TOBIA MOLLERO, Cocionatore  
storie ad Jacobi. Vespertin. ad Petri.

ELIA LINDNERO, Eccle- SAMUEL KILMANNO, Pastore ad  
siaste Cathedrali. Johann. & Barthol.

Grammate ZACHARIE Beckers.

165.



Ncipe luctifonas ò Musa pien-  
tior odas,  
Atque made crebris Tua jam  
ploratibus ora!  
**F**errea quippe preces heu! te-  
mnit Parca subinde,  
Et rapit, exoptes quem secula vivere, Mystam,  
Ante diem & sternit maturam vespera fati.  
Ingenii Tibi notus erat probiore metallo  
**HÆNIKERUS;** dederat Cui non natura no-  
verca,  
'Ardua non obiter polientis cura Magistri  
Ornârat, quin & puerò transfuderat omnem  
Doctrinæ morumque decorem à pollice dextro,  
Ut non præcipiti gressu delubra sororum  
Pieridum irrueret, rufis & spectator inesset.  
Carmina quæ cecinit genio deducta sereno,  
Romanæve Lyræ, Patriæ vel pleætra mo-  
vere,  
Cum placuit, famæ superant monumenta fu-  
turæ,  
Atque dolent properâ privari morte parente.  
Cum vix prima genas vestiret flore juventa,  
Suggesti è specula vulgare oracula Christi  
Annisus celeri studio, vigiliique parare.

Offi-

Officio sese studuit, quod laudis agalma  
 Post cum præpositus populo Ipse haud defuit  
 Ipsi,

Sed radiis hac fulgidulis tenuis arsit & ardet.  
 Atque ideo Ecclesiæ facies pullata gemiscit  
 Tuttendorfiadum, nisu omni flebile mentis  
 Urget opus, totis canit illaudabile carmen  
 Buccis: O nostrum caput eheu! decidit eheu!  
 Eloquio doctum reserare arcana Salutis,  
 Et liquidas monstrare vias ad sidera Cœli.  
 Infert at sese clamor penetrantior auri  
 Exequiasque Viri, Patris & deplorat amarè,  
 Non fictâ pietate gemit, justoque dolore  
 Vagitus lonat, & querulis ululatibus instat:  
 Me miseram Viduam! genus ò plorabile secli!  
 Cui post nullus honos, cui cultus, cura Mariti  
 Non supereft, ast qui tangit præcordia luctus,  
 Luctus in incertas qui memet amaricat horas.  
 O vos fœturæ suavissima pignora nostræ,  
 Quæ jam nunc opus est alio quasi Patre foveri,  
 Quàm gravis oppugnat me vestri causa doloris,  
 Atque vel exanimant mœstam tot vulnera Ma-  
 trem!

Pluria mussarunt luctus sat conscia verba,  
 Funereo lamenta sono ceu præfica reddit,  
 Cum stillat madidis lacrymarum flumen ocellis.  
 HÆNIKERI nondum funus componit is ægror,  
 Signa dolentis habet Socrus, suspiria vultu  
 Non simulat, pariter lacrymis indulget acerbis;

)( 2

Et

Et Sacer Ordo necem tristi depangere versu  
Nititur, atque sui sacrat monumenta favoris,  
Defuncti maestans devotâ laude sepulcrum:

VIATOR ADSTA ET PELLEGE  
TITULUM SEPULCRI NOBILEM.  
HIC OSSA SUNT RECONDITA  
SAMUELIS HÆNIKERI PII  
OLIM MINISTRI ECCLESIAE  
QUI CREDIDIT SE SOSPITEM  
AMAVIT IPSUM QUOD DEI  
*E Textu fu-filius et a reatibus*  
*nebri Apo-*  
*calyps. c. 1,*  
*v. 5. 6.* ADAMICIS SUI ENTHEI  
FLUORE SANGVINIS ABLUIT.  
REGEM SACERDOTEM STITIT  
DEO PATRI SUO SACRUM.  
ABI TUAMQVE REM BENE  
COMPONE NE PEREAS. HAVE!

F I N I S.



167

270.

# OBITUS & ABITUS

Hac Vita mortali ad immortalem

*Suis heu! prop*

V I

REVERENDI, HUMANIS

D O M

SAMUELIS

Pastoris in Tutte

fidelis

In hanc lucem verò Fribor

Anno C. M. D

Officio sacerdotali

Octobri Anno

Eisdem matrimonio conjuncti

Duorum adhuc

Cum Annum Ætatis XXXIX.

Beatè defuncti XVI. Junii

Sepulchrali E

Funerationis Die XXI.

cobones

ab

Universis Fribor

t. t. M

PAULO PHILIPPO ROBERO, M.

ss. Theol. Lic. & Superintende.

M. CHRISTOPHORO Krantz / M.

Archidiacono.

M. MICHAEL MAUCKISIO, Ec-

clesiaste primario ad Nicolai.

M. MAURITIO STRIBELIO, Pa-

stor ad Jacobi.

ELIA LINDNERO, Eccle-

siaste Cathedrali.



Grammate ZACHARIE Beckers.

165.